

irhalden sollit, mit wem adder wie hoch, ap ir sie mit uch selbst dem rate adder mit andern uwirn inwanern adder mit fromden sollet vnnd moget irhalden, sprechen wir scheppin zcu Lipczk uff solliche frage vorrecht: Habet ir eine wilkore vor langen iaren gehath vnnd dornoch mit willen vnd wissen marggraffen Friderichs seligen deß eldern lobelichs gedechtniß marggraffen zcu Misßen behalden vnnd beßher herbracht, so lange das keyn mensche anders gedenckt, ist solliche wilkore auch zcu allin fyhr vordingen alle iare der ganczin gemeyne offinberlich geleßin vnnd vorkundiget vnnd gebottin zcuhalten, vnnd geschüit uch in die wilkore itczunt innlage, so mag uwir burgermeister solliche wilkore gnuglich von der stat wegen behalden mit zcween syner ratsfrunde uff den heyligen, ap man on deß sust nicht glauben wolde. Also denne die wilkore so lange gehalden ist, so blybet eß fort keyn ydermanne doby mit mehrem rechten, denne uch ymands davon gedrungen mag, vnnd ap ir obbir die wilkore sunderliche privilegia noch confirmacien nicht habet, das ist uch vnschedelich daran, sintdemmal das eine itczliche stat von rechte macht hath wilkore zcusetzin. Vnnd also denne die wilkore so lange zciit gestanden hath, so hath sie von vorwerung mehr recht gewonnen, ap sie auch am anefange etwas gebrochs am rechte gehath hette. Von rechtis wegen; vorsigilt mit vnnsirm innsigil.

Scheppin zcu Lipczk.

Den ersamen wyßen burgermeister vnde rate zcu Misßen vnnsirm bisunder guten frunden.

Nach dem Orig. auf Papier im Rathsarchiv zu Meissen.

No. 361^b. Nach 1266.

B. W(ithigo) zu Meissen verleiht, nachdem am 1. Mai die Kirche der Franciscaner von ihm geweiht worden, bussfertigen Besuchern derselben am Jahrestage dieser Weihe einen Fasttag und 40 Tage Ablass von den ihnen auferlegten Bussen.

W. dei gracia episcopus [Misnensis] omnibus in [nostra] diocesi constitutis salutem in omnium salutari. Sanctarum mentium invisibilis habitator, corona certantium et martyrum palma, candidus innocentiae puritate, rubicundus indumentis sacrae suae passionis sanguine rubricatis, sponsam suam sanctam matrem ecclesiam pie propitiationis et consuetae miserationis munere locupletat salutes amplificans plebis suae spiritualibus adiumentis, multiplicando eorum numerum, qui veri agni innocentiam verbo praedicant pariter et exemplo, qui exuti pompis secularibus egentes angustiiati afflicti et per omnia speculum mundo facti. Hinc est quod nos, quos licet immeritos superni providentia conditoris ad pastoralis extulit sollicitudinis dignitatem, specialiter asscribimus dono, quod cum oculi eius nostrum videant imperfectum, insufficientiam nostram eorum numero relevat et labore, qui calcatis illecebris huius mundi auctori omnium iugiter famulantur et nobis de qualitate diffidentibus meriti sanctorum suarum orationum patrocinio suffragantur, ea quae nostris gravia sunt humeris nobiscum caritate continua sublevantes, in quorum sancta conversatione et exemplis irreprehensibilibus et perfectus aspicit quod commendet, et adhuc in infirmitate positus quod sequatur. Sane sanctificationis auctori gratias referimus et in secula benedicimus nomen eius, quod nostris temporibus terminos nostrae sollicitudini deputatos aliquantis ordinis fratrum minorum domibus benedixit, quorum vitam deo placitam et acceptam nec non et ecclesiae fructuosam ipsorum opera praedicant et ostentant.